



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Obedientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

erunt, tantoq; amplius confirmant voluntates su-  
as ad obtemperandum quam absolutissimè Prepo-  
sit is suis. Iam hinc intelligis quam nihil sit, cur cō-  
missorum in eo munere, quam petis, pñnam expe-  
ctes. *Quin adeò mihi de Deo Domino spes est, lar-*  
*gè eum labores remuneraturum, quos in ea procu-*  
*ratione suscepisti & sanctos, & fructuosos.*

Hæc ad Canisium Borgia. Idem Hoffæum  
admonuit, tametsi P. Canisius sub potestate eius,  
vti spontè subdiderat se, esset futurus, tamen me-  
minisset reuereri tales virum, & vbiq; veluti Pa-  
trem tractare: consiliumque eius in grauioribus  
rebus exquireret. Ceterùm duo hæc documenta  
eximiæ & prorsus ad purum excoctæ virtutis Ca- Humilitas  
Canisij.  
nisius dedit hoc tempore. Primum tanti æstima-  
uit re vera, ex animiq; sententia beneficium hoc  
otij sibi, & vacationis concessæ, vt sæpius reputa-  
ret secum, & apud Præsides quoque profiteretur,  
nunc maximè animū sibi ad custodiam suimet,  
curamq; conuocandum esse, idque eo præsertim  
faciendum (quod plane fecit) ne ingratus bene-  
ficio, ac tempori videretur. Deinde Obedientiam obedientia.  
ita capessiuit, non modo vt in inferioribus se omni-  
bus æquaret, sed vt tractandum, ducendumque,

& versandum non securus, atq; ultimum nouitiorum præberet: quod Dilingani Collegij Minister (eo enim Canisius secesserat) quotidiano usu cognoscere se, expeririq; testabatur. Nec Provincialis Hoffæus, vti ex his, quæ deinceps dicentur, constabit, paratæ illi voluntati defuit: sed bonam semper ad exercendam se se, & cumulanda in cælo merita facultatem suggessit. Quod autem, vbi primum Dilingam secessit, vitæ genus instituerit, ex eius Collegij communibus literis iuuat describere, quarum particula est talis. His fratum studiis non minima accessio facta est ex præclaris Seniorum Patrum in omni virtutum genere exemplis, præsertim autem ex Reuerendi P. D. Petri Canisij religiosissimo apud nos conuictu. Postquam enim is Pater difficillimo se Præpositi Provincialis munere, quod circiter quatuordecim annos in hac Germania nostra præclare sustinuit, ob grauissimas alias à summo Ponifice sibi demataas occupationes superiorum nutu abdicauit, mirum quanta submissione, caritate, familiaritate nobiscum versetur, & agat.. Nihil illi perinde gratum, & iucundum accidere potest, atq; tempus omne, quod necessariis studiis suffurari potest,

*Studium puerilis Catechesis.*